

Coniecturae in Aristophanem.

1. *Acharnensibus* v. 317:

Κάν γε μὴ λέγω δίκαια, μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ,
Ἵπὲρ ἐπιξήρου θελήσω τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν.

Dactylus iure offendit homines doctos, sed quod Brunckius coniecit τὴν δέρην nimis a librorum scriptura recedit: et ob id ipsum improbanda est Elmsleii coniectura: τὸν λάρογγ': multo etiam violentior alia est coniectura ab eodem proposita: ὑπὲρ ἐπιξήρου θέλω λέγειν ἔχων τὸν ἀνχένα. Porsonus autem prorsus a vero aberravit cum τὸν Κέφαλον scribendum esse censeret, nam Cephalus ille ab eo tempore, quo Aristophanes Acharnenses docuit, prorsus alienus est. Equidem puto Aristophanem scripsisse:

Ἵπὲρ ἐπιξήρου θέλω τὸν ἐγκέφαλον ἔχων λέγειν.

τὸν ἐγκέφαλον cum poeta scripsisset, librarius adscripsit τὴν κεφαλὴν interpretandi gratia, quod cum in versum irrepsisset, mutarunt θέλω in θελήσω, ut numeri legibus certe aliqua ex parte satisfacerent.

2. *Acharnensibus* v. 775:

ME. Ἡ λῆς ἀκοῦσαι φθεγγομένας; ΔΙ. Νὴ τοὺς θεούς,

Ἐγωγε. ME. Φώνει δὴ τὸ ταχέως χοίριον.

Ὁ χρῆσθα σιγῆν, ὃ κάκιστ' ἀπολουμένα;

Πάλιν τ' ἀποισῶ, ναὶ μὲ τὸν Ἑρμᾶν, οἰκάδις.

Aristophanis comoediae etsi hac aetate et antiquorum codicum ope et virorum doctorum industria multo emendatiores quam olim leguntur, tamen etiam nunc multis gravibusque naevis, qui pulchram speciem deturpant, sunt repletae: sunt enim non pauci loci, in quibus vitia inveterata

delitescunt, quae ne animadversa quidem sunt ab editori-
bus: quorsum pertinet etiam hic ipse locus, in quo vulgo
legitur: οὐ χρῆσθαι σιγῆν, quod interpret latine vertit: „*Non
usus est tibi silentio,*” quasi χρῆσθαι idem esset, quod χρῆ-
. At apparet χρῆσθαι antiquam sive Megaricam formam esse
pro vulgari χρῆς, quemadmodum οἶσθαι, alia dicuntur, h. e.
vis, uti est apud Cratinum in Legibus Fr. II Νῦν γὰρ δὴ σοι
πάρα μὲν θεσμοὶ τῶν ἡμετέρων, πάρα δ' ἄλλ' ὅτι χρῆς.
Cf. quae dixi in Commentatt. p. 135. Ita verba οὐ χρῆσθαι
σιγῆν significarent: „*Non vis tacere?*” id quod prorsus repu-
gnat institutae sententiae, nam Megarensis iste filias vocem
edere iubet. Deinde illud ipsum σιγῆν non nisi Gregorii
Corinthii auctoritate firmatur, nam Aristophanis codices σιγῆς
exhibent: hinc facile intelligi potest, quomodo locus corri-
gendus sit: emendes

Ὁὐ χρῆσθαι; σιγαῖς, ὃ κάκιστ' ἀπολουμένα;
οὐ χρῆσθαι h. e. φωνεῖν, quod ex praegresso versu repetendum.

3. Nubibus v. 523:

Ὅττω νικήσαιμι τ' ἐγὼ καὶ νομιζοίμην σοφός,
Ὡς ὑμᾶς ἠγούμενος εἶναι θεατὰς δεξιότης
Καὶ ταύτην σοφώτατ' ἔχειν τῶν ἐμῶν κωμωδιῶν,
Πρώτους ἠξίωσ' ἀναγεῖν ὑμᾶς, ἢ παρέσχε μοι
Ἔργον πλεῖστον.

Quod vulgo legitur πρώτους frustra explicare studuerunt:
nam quae homines docti in medium protulerunt, probari
nequeunt: Hermannus autem quod coniecit πρώτως, hoc
vereor ne ab Atticorum certe consuetudine abhorreat: id
autem, quod nuper proposui, legendum esse πρώτους, retra-
ctandum censeo: nam non tam vituperat denuo Athenienses,
quod non satis digni fuerint, qui perfectissimam comoediam
spectarent, id quod quamvis obscurius significaret illud πρώ-
τους, sed ipsa potius comoedia est laudanda; itaque iam malo
corrigere:

Πρώας ἤξιωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς.

Maturam dicit comoediam, quam non rudem et inchoatam, propero concitatus ingenii impetu, in medium protulit, sed maxima diligentia et arte elaboratam et perfectam fabulam, de qua continuo ipse dicit poeta: ἢ παρέσχε μοι ἔργον πλεῖστον. Πρώας autem vel eo commendatur, quod et hoc vocabulum propriam tuetur significationem, et verbum ἀναγεῦειν adsciscit genitivum, quem necessario requirit: iamque etiam melius illa verba quae subsequuntur cum reliqua oratione cohaerent.

4. *Vespis v. 540:*

Οὐκέτι πρεσβυτῶν ὄχλος
Χρήσιμος ἔστ' οὐδ' ἀκαρῆ.
Σκωπτόμενοι δ' ἐν ταῖς ὁδοῖς
Θαλλοφόροι καλοῖμεθ', ἀν-
τωμοσιῶν κελύφῃ.

Sic Dindorfius hunc locum constituit ex coniectura parum probabili, nam in libris legitur: σκωπτόμενοι δ' ἂν ἐν ταῖσιν ὁδοῖς ἀπάσαις θαλλοφόροι καλοῖμεθα: at ista verba, praesertim cum numerus longe convenientissimus sit, non sunt in dubitationem vocanda: atque ἐν ταῖς ὁδοῖς, quod Dindorfius voluit scribere, languidum est et inutile, grave autem atque commodum ἐν ταῖσιν ὁδοῖς ἀπάσαις. Neque antistropa, quae legitur v. 647 seqq., Dindorfii rationem commendat: illic quaedam excidisse etiam Dindorfius, qui haec sic breviter conformavit, concessit: iam cum in illo loco, quantum exciderit, omnino non possit divinari, minime potest stropa ad antistropae rationem aliquam fictam redigi: sed quaerendum potius, quam formam ipsa requirat stropa: atque illa quidem verba quae in codicibus leguntur, nullo omnino vitio laborant: at numeri lex sublata est: iambus enim est, ubi diiambum vel choriambum exspectaveras: facile autem redintegrare possumus stropham, sic enim videtur poeta scripsisse:

Σκωπτόμενοι δ' ἄν πάντες ἐν ταῖσιν ὁδοῖς ἀπάσαις
Θαλλοφόροι καλοῖμεθ', ἀντωμοσιῶν κελύφῃ.

Aptissimum est illud πάντες, praecipue cum subsequatur ἀπάσαις, et perfacile potuit hoc vocabulum elabi. Iam in antistropha apparet plura quam Dindorfius opinatus est, excidisse, nam ibi quoque duo tetrametri choriambici requiruntur:

Τὴν γὰρ ἐμὴν ὀργὴν πεπᾶναι χαλεπὸν ***
*** * * * * μὴ πρὸς ἐμοῦ λέγοντι.

5. Avibus v. 380:

XO. Ἔστι μὲν λόγων ἀκοῦσαι πρῶτον, ὡς ἡμῖν δοκεῖ,
Χρήσιμον, μάθοι γὰρ ἄν τις κἀπὸ τῶν ἐχθρῶν σοφόν.
ΠΕΙ. Οἶδε τῆς ὀργῆς χαλᾶν εἴξασιν· ἀναγ' ἐπὶ σκέλος.
ΕΠ. Καὶ δίκαιόν γ' ἐστὶ, καὶ μοι δεῖ νέμειν ὑμᾶς χάριν.
XO. Ἄλλὰ μὴν οὐδ' ἄλλο σοὶ πω πρᾶγμα' ἐνηντιόμεθα.
ΠΕΙ. Μᾶλλον εἰρήνην ἄγουσιν ἢ πρίν, ὥστε τὴν χύτραν
Τό τε τρυβλίον καθίει.

Versu penultimo olim scribebatur μᾶλλον εἰρήνην ἄγουσιν ἡμῖν, quod cum versus numero adversetur, correxit Brunckius ita, ut ἡμῖν scriberet, quem secuti sunt recentiores editores: at non potest idoneis argumentis probari eiusmodi forma unquam usum esse Aristophanem: accedit quod et inutile est pronomen, et vero etiam ipsum dicendi genus εἰρήνην ἄγειν τινί parum usitatum. Itaque scripsi ἢ πρίν, hoc enim convenientissimum est huic loco, ubi Pisthetaerus Avium animos *magis quam antea* sibi conciliatos esse animadvertit.

6. Avibus v. 574:

ΕΠ. Καὶ πῶς ὑμᾶς νομοῦσι θεοὺς ἀνθρώποι κοῦχλι κοιούς,
Οἱ πετόμεσθα πτέρυγας τ' ἔχομεν; ΠΕΙ. Ληρεῖς· καὶ νῆ
Δί' ὃ γ' Ἐρμῆς

Πέτεται θεὸς ὢν πτέρυγας τε φορεῖ, κάλλιοι γε θεοὶ πάνυ πολλοί.

Αὐτίκα Νίκη πέτεται πτέρυγοι χρυσαῖν καὶ νῆ Δι' Ἔρως γε· Ἴριν δέ γ' Ὀμηρος ἔφασκε' ἰκέλην εἶναι τρήρωνι πελειῇ.

Ὁ Ζεὺς δ' ἡμῖν οὐ βροντήσας πέμπει πτερόεντα κεραυνόν;
ΕΠ. Ἦν δ' οὖν ἡμᾶς μὲν ὑπ' ἀγνοίας εἶναι νομίσωσι τὸ μηδέν,

Τούτους δὲ θεοὺς τοὺς ἐν Ὀλύμπῳ; ΠΕΙ. Τότε χρῆ στρου-
θῶν νέφος ἀρθεῖν

Καὶ σπερμολόγων ἐκ τῶν ἀγρῶν τὸ σπέρμ' αὐτῶν ἀνακάψαι.

Sic hunc locum conformandum existimo, cuius sententiam parum perspexerunt editores: namque v. 479 vulgo Ἐροπι tribuitur ibidemque πέμπει exhibent libri: deinde omnes, qui sequuntur versus Pisthetaero tribuuntur, legiturque ἡμᾶς. At si Erops illo versu: Ὁ Ζεὺς κτλ. Pisthetaeri argumenta infirmare conaretur, non potuisset continuo Pisthetaerus subiicere illa: Ἦν δ' οὖν ἡμᾶς κτλ., verum refutaret illa quae Erops dixerat: at omnino illa Eropis oratio plane incommoda, cum non de divina potentia hic agatur, sed utrum homines sint aves divinis honoribus veneraturi necne: immo iste versus continuandus est Pisthetaero, qui divinam avium originem hoc quoque argumento probaturus est, quod vel Iovis fulmen pinnis sit aptum: itaque pro πέμπει scripsi πέμπει, idque etiam Dindorfius olim coniecerat, a vero ille quidem aberrans, cum versum Ἐροπι tribueret. Iam vero ea, quae subsequuntur, non sunt Pisthetaeri, sed partim Eropis, quem impugnare illam sententiam consentaneum est, partim Pisthetaeri: et Eropis quidem verba sunt: Ἦν δ' οὖν ἡμᾶς (ita enim necessario est corrigendum) μὲν ὑπ' ἀγνοίας εἶναι νομίσωσι τὸ μηδέν, Τούτους δὲ θεοὺς τοὺς ἐν Ὀλύμπῳ; qua conformatione orationis Aristophanes ubique utitur, ubi alter alterius consilio adversatur: Pisthetaeri autem oratio rursus incipit a verbis: Τότε χρῆ στρουθῶν νέφος ἀρθεῖν κτλ.

7. *Lysistrata* v. 173.

ΛΥ. Ἡμεῖς ἀμέλει σοι τά γε παρ' ἡμῶν πείσομεν.

ΛΑΜ. Οὐχ ἄς σποδᾶς ἔχοντι ταὶ τριήρεις

*Καὶ τάργυριον τῶβυσσον ᾗ παρὰ τᾶ σιῶ.

In *Lysistrata*, omnium fabularum corruptissima, non pauci reperiuntur loci, in quibus vix graeca est oratio, in quem numerum hic ipse locus referendus est: nam velim aliquis mihi expediat istam verborum structuram: οὐχ ἄς (sic in Dindorfii editionibus legitur) σποδᾶς ἔχοντι ταὶ τριήρεις, quam latinus interpret sic convertit in latinum sermonem „Necquicquam, quamdiu in triremes conferentur studia et in divae aede adservabitur immensa illa pecuniae vis.” Sententiam, quae requiritur, ille quidem fere perspexit, sed verba nihil curavit. Exspectaveras certe aliquem correxisse σποδᾶς, nam σπουδὴν ἔχειν graece dicitur, quamquam vel sic insolens fuerit numerus pluralis. At vero scripserat poeta, ut opinor:

Οὐχ, ἄς σπολάς γ' ἔχοντι ταὶ τριήρεις.

„Non, certe, quamdiu paratae erunt nares longae.” Particula γέ, etsi abesse potest, tamen aptissima est in respondendo. σπολά h. e. στολή, vid. Ahrens de dialectis graecae linguae L. I, p. 41.

8. *Lysistrata* v. 433:

ΠΡΟ. Ἀληθεῖς, ὃ μισρὰ σὺ; ποῦ 'σθ' ὁ τοξότης;

Ξυλλάμβαν' αὐτὴν κἀπίσω τὸ χεῖρε δεῖ.

ΛΥ. Εἰ τᾶρα νή τὴν Ἀρτεμιν τὴν χεῖρά μου

*Ἀκραν προσοίσει, δημόσιος ὦν κλαύσεται.

ΠΡ. Ἐδεισας οὔτος; οὐ ξυναρπάσει μέσην

Καὶ σὸν μετὰ τούτου κἀνύσαντε δήσετον;

Legitur vulgo ἔδεισας οὔτος, quod parum commodum est, exspectaveras certe δέδοικας οὔτος: at legendum est ἔδησας οὔτος, nam Probulus ille iubet sagittarium in vincula *Lysistratam* conicere, tum ex *Scytha* quaerit, num ille

quod mandatum erat fecerit, ille vero quoniam mulier reluctatur, nondum devinxerat, itaque probulus iam alium accedere iubet, ut uterque mulierem vinculis constringant: et sic infra etiam Stratyllidem vincire iubet: Ποῦ 'στιν ἕτερος τοξότης; Ταύτην προτέραν ξύνδησον, ὅτι καὶ λαλεῖ. itaque hic quoque Aristophanem puto ἔδησας scripsisse.

9. *Lysistrata v. 483:*

Ἄλλ' ἀνερότα καὶ μὴ πείθου καὶ πρόσφερε πάντας ἐλέγχους,
Ὡς αἰσχρὸν ἀκωδόνιστον εἶν τὸ τοιοῦτον πράγμα μεθέοντας.

Parum aptum illud μὴ πείθου, namque non timet Chorus, ne probulus temere credat, sed instigat illum, ut rem exploret et quod occultum sit investiget. Facili quidem mutatione correxeris καὶ μοι πείθου, sed nullum pondus hoc adderet reliquae orationi, itaque potius arbitrator poetam scripsisse: Ἄλλ' ἀνερότα καὶ μὴ φείδου, quod optime convenit cum iis quae subsequuntur: καὶ πρόσφερε πάντας ἐλέγχους.

10. *Lysistrata v. 1279:*

Πρόσαγε χορὸν, ἔπαγε χάριτας,
Ἐπὶ δὲ κάλεσον Ἄρτεμιν·
Ἐπὶ δὲ δίδυμον ἀγέχορον ἰήιον
Εὐφρον', ἐπὶ δὲ Νύσιον,
Ὅς μετὰ Μαινάσι Βάκχιος δμῦμι
Δαίεται,
Δία τε πυρὶ φλεγόμενον,
Ἐπὶ τε πότνιαν ἄλοχον ὀλβίαν.

Iam alio loco, si recte memini, dixi priora sic emendanda esse, ut ἔπαγέ τε χάριτας scribatur, deinde autem conieci ἀγεσίχορον Ἰήιον. At graviore etiam labe affecta sunt ea, quae subsequuntur: namque illud δαίεται vix ullo pacto ferri potest: arbitrator autem prorsus delendum esse, quippe quod sit ortum ex verbis proximis Δία τε. Iam vero si hoc verbum sustuleris, aliud requiritur in iis, quae

praegressa sunt, atque vix dubito quin pro Βάκχιος corrigendum sit βακχιοῖ, quo verbo usus est Sophocles ap. Strabonem XV. p. 687: "Ὄθεν κατειδον τὴν βεβακχιωμένην Βροτοῖσι κλεινὴν Νῦσαν. adde Euripidem in Bacchis v. 107: Καὶ καταβακχιοῦσθε δρυὸς Ἡ ἐλάτας κλάδοισιν. Βακχιοῖ autem in hoc loco sive *conciat* sive *bacchatur* convertas, perinde est: utrumque enim apte dicitur. Jam pro ὄμμασι nisi fallor εὐάσι legendum est, ita ut totum locum sic conformandum existimem:

Ὅς μετὰ Μαινάσι βακχιοῖ εὐάσιν,
Δία τε πυρὶ φλεγόμενον, ἐπὶ τε
Πότνιαν ἄλοχον ὀλβίαν.

In iis autem, quae sequuntur ferri nequit ἡσυχίας μεγαλόφρονος, scribas:

Ἡσυχίας περὶ τῆς ἀγανόφρονος

ut est in Avibus v. 1321: Τό τε τῆς ἀγανόφρονος Ἡσυχίας εὐάμερον πρόσωπον. Ἀγανόφρων dixit etiam Cratinus in Chiron. I. 3: Ἀγανόφρονες ἠδυλόγη σοφία βροτοὶ περισοκαλλεῖς.

11. *Ranis* v. 1007:

Ἄλλ' ὄπως, ὃ γεννάδα,
Μὴ πρὸς ὀργὴν ἀντιλέξεις,
Ἄλλὰ συστείλας ἀκροισι
Χρόμενος τοῖς ἰστίοις,
Εἶτα μᾶλλον μᾶλλον ἄξεις
Καὶ φυλάξεις
Ἦνικ' ἂν τὸ πνεῦμα λεῖον
Καὶ καθεστηκὸς λάβης.

Ἄξεις quod vulgo legitur, quo modo sit explicandum non perspicio, neque integrum videtur, quamquam aliquid commendationis habet eo quod φυλάξεις subsequitur, quoniam his homoeoteleutis saepius utitur comicus poeta, ut in Acharnensibus tres continui versus 595—97 his vocabulis

terminantur: σπουδαρχίδης, στρατωνίδης, μισθαρχίδης. et in Pace v. 343: Ἔστιᾶσθαι, κοτταβίζειν, Συβαρίζειν. quamquam ille quidem locus de vitio suspectus est: sed hic poeta opinor non ἀξεις, sed οἰξεις scripserat; repetas enim ex iis, quae praegrēssa sunt, ἰστία, sententia enim haec est: *Tunc magis magisque vela pandes et observabis etc.*

12. Ecclesiastus v. 587:

Περὶ μὲν τοίνυν τοῦ καινοτομεῖν μὴ δείσης· τοῦτο γὰρ ἡμῶν Δράν ἀντ' ἄλλης ἀρχῆς ἐστίν, τῶν δ' ἀρχαίων ἀμελήσαι.

Ἄρχῃ quocumque modo explanare studeas vocabulum incommodum reperias: vereor ne labem aliquam contraxerit propter finitimum verbum ἀρχαίων. Coniicio autem poetam scripsisse: ἀντ' ἄλλης ἀρετῆς ἐστίν, ut haec sit sententia: *nova moliri nobis jam virtus est, apud nos omnium virtutum loco habetur.* Non raro autem ἀρετῆ et ἀρχῆ sunt temere permutata. Ita quod apud Theognidem legitur v. 29: Πέπνυσο μὴδ' αἰσχροῖσιν ἐπ' ἔργμασι μὴδ' ἀδίκοισιν Τιμὰς μὴδ' ἀρετὰς ἔλκεο μὴδ' ἀφενος parum aptum propositae sententiae videtur: fortasse poeta scripsit: τιμὰς μὴδ' ἀρχὰς ἔλκεο μὴδ' ἀφενος.

Scripsi Casellis.

Theodorus Bergk.